

35

DISSERTATIO INAUGURALIS PHYSICO-MEDICA,
DE
ORTU PESTIUM
EX
COELO ET TERRA,
QVAM,
*SUPREMO NUMINE AUXILIANTE,
IN HAC PERANTIQA HIERANA,
AMPLISSIMA FACULTATE MEDICA INDULGENTE,
SUB PRÆSIDIO
SPECTABILISSIMI DOMINI DECANI,*
**DN.D.JOHANNIS ANDREÆ
FISCHERI,**

CONSILIARII ET ARCHIATRI ELECTORAL. MOGUNT. FACULT. MED. SENIOR.
RIS, PATHOLOG. ET PRAX. PROF. PUBL. PRIMAR. NEC NON MED.
PROVINCIAL. DUCAL. ISENAC.

PATRONI, PROMOTORIS ATQVE HOSPITIS SUI COLENDISSIMI,

PRO GRADU DOCTORIS

LEGITIME OBTINENDO,

AD DIEM XXIII. DECEMBR. ANNI MDCCXX.

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTET

AUTOR ET RESPONDENS

**CHRISTOPH. FRIDERICUS
WERNERUS,**

Satzungens. Misn.


IN AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS,
HORIS CONSVETIS.

thol. spec.

46,122

ERFORDIAE,

Typis JOANNIS HENRICI GROSCHII, Academice Typographi.



PROœMIUM.



Ivimus jam per DEI Gratiam in eo
seculo, quo libertas regnat philo-
sophandi , nec eruditorum pro-
prium est in verba jurare Magi-
stri. Fertilis hinc orbis litera-
tus multis ab antiquis ignoratis,
vel haec tenus suppressis veritati-
bus existit. Quanquam nec mihi præ aliis sapere
videar, aut Eruditorum præclaros ingenii partus mea
Dissertatiuncula, ut anser olores, interstrepere animus
sit, attamen, quoniam liberiorem natura genium mi-
hi concessit, jucundius fuit proprios ingenii nervos
intendere, quam ex decem libris & disputationibus
undecimam fabricare, ingenuus hinc Lector id æqui
bonique consulat, sique sequentia non ubique appro-
bare velit, studium tamen indagandi verum impro-
bare nolit.

§. I.

Dicit malum pestilens passim in Europa grassans an-
sam de ipsa peste agendi, morbo quidem notis-
simo, & a permultis eruditis tractato, nonq[ue] tam
men penitus pertractato. Cujus conceptus for-
malis generatim consideratus sequentibus fere absolvitur: Pe-
stis est febris acutissima, contagiosa, a principii vitalis & mas-
sæ sanguineæ turbatione extrema, nunc potissimum, per ve-
nenum quoddam dissolvens, nunc coagulans, aeri atmosphæ-
rico ante inducta, originem trahens. De causa Pestis prima-
tum inter morbos epidemicos obtinente non inmerito quæ-
ritur. Eam in corruptione aeris sitam esse, plerique Erudi-
torum affirmant, sed ortus & modus hujus corruptionis in
aere difficulter determinari possunt. Ne tumultuarie proce-
damus, ad principia physica recurrendum, ex his & diutur-
na inter eruditos experientia liquido constat, ab omnibus
corporibus exhalationes & effuvia emitti. Exhalationibus
corporum concessis presso pede sequitur mixtio earum. Mi-
xtionem alteratio, quam concomitatur effectus, excipit. Pro-
ut nempe unius corporis vel multitudo, vel subtilitas, vel di-
stantia effluviorum ad transmutandas alterius corporis ex-
halationes, aut, (si non multum dispar eorundem virtus),
ad producendum quendam tertium utriusque naturæ similem
effectum, apta est.

§. II. Innumeris ejusmodi exhalationibus tota scatet
aeris substantia, siue scapha scapha nominanda, aer est sub-
stantia continens congeriem mixtam exhalationum corpo-
rum superiorum & inferiorum. Ista atomorum superiorum &
inferiorum confusissima inixtura in determinanda pestis cau-
sa maximam parit difficultatem: multitudo fixarum & pla-
netarum per sua effuvia lucet inferioribus, & inferiora re-
mittunt suos vapores. Globus aqueo-terrestris comprehen-
dit tria vastissima regna, in quibus omnibus homo, tanquam
venerandum naturæ animal, non immerito Microcosmus di-
ctus,

Etus, eminet, hæc omnia in se invicem mixtim operantur.

§. III. Quocunque itaque nos vertamus, causas infecti aeris vel superiores, vel inferiores, interdum etiam communes deprehendimus. Astrologorum asserta, modo hi rectæ rationis limitibus se continent, in totum rejicere non audeo, pro unica tamen infecti aeris causa stellas minime agnosco. Dantur enim permulta exempla secutæ pestis post factas clades infepultis cadaveribus; Ex vaporibus venenatis cavernarunt in terra, ex infectionibus fluminum aut aquarum, aut usu aquæ stagnantis & putrescentis; Imo nonnunquam naturali modo, referente Plazero in *Praxi Clin. hoc Titul.*, facta infectione aeris ab hominibus per effluvia quædam pestifera, quod detestandum artificium apud Italos & Gallos notum esse fertur. Horum enumeratorum origo, partim ab astris plane non descendit, partim soli eorum influxui imputari nequit.

§. IV. Prodeant nunc causæ pestium ex astris, in quarum enodatione excursio in astronomiam & à plerisque atro calculo notatam astrologiam facienda. Scientia hæc, si a stercore superstitionis abusus & hinc resultantis contemtus purgetur, tantum adhuc possidet authoritatis, ut absque ea, suffragente Hippocrate & aliis nostrorum seculorum celeberrimis Medicis, medicina satis commode exerceri nequeat. Difficultatem demonstrationum causarum à priori cum aliis nobilissimis disciplinis, imo non raro, cum ipsa nostra medicina communem habet, quæ interdum in casibus difficiliibus, longinqua experientia & rationibus vero aliquatenus similibus, cum maxima doctorum discrepantia & fluctuatione nititur, nihilominus tamen laude manet dignissima, sic & astrologia, si abusus tollatur, in suo relinquenda pretio. Non placet universam Astrologorum turbam, cum ingenii sui fictionibus sufficienti ut plurimum judicio destitutis producere, pauciores mihi ex eorum assertis erutæ veritates sufficient, quarum hominem veri studiosum, nec pudebit, nec pœnitabit.

§. V. Ante pestis ortum multoties observatum fuit, volatilia aeris regionem superiorem relinquendo inferiorem petuisse, imo interdum mortua desuper in terram decidisse, unde se manifeste satis aeris superioris à corpore quodam cœlesti inducta infectio prodit, quæ postea & inferiorem coinquiat aerem. Objice hoc venenum ex vaporibus terræ provenisse; cur aer inferior adhuc sanior? Finge tibi ex alio terræ loco illud evaporasse, ac per ventos aut motiones aeris huc delatum; nonne, vis veneni per aerem puriorum rarefacta, sic infringetur, & a copioso subtiliorique aere crassior terrestris vapor, prorsus in substantiam innocuam transformatur? nulla igitur supererit causa, quam cœlestis, in quo autem astro hæc infectio lateat, facilius est querere, quam respondere. Attamen nil intentatum relinquam, sperans meas meditationes debita accipi modestia, quæ bona intentione inserviendi veritati à me prolata sunt.

§. VI. Videmus pestis venenum aereum solvere & transmutare modo quodam fermentativo partes fluidas & solidas Microcosmi in similitudinem veneni, in qua similitudine transmutata ipsa mors consistit. Sequitur itaque pestem, quæ causâ solvens est, ipso Archæo humano, qui est subiectum solvendum, subtiliorem esse.

§. VII. Verum enim vero quæ stellarum tam malignæ est subtilitatis? Fixas, debilius quam Planetæ influentes, quia remotiores & semper de natura cujusdam planetæ participant, studio brevitatis omitto. Cohors Astrologorum hunc & ætem pro malignis habet planetis. quo autem respectu id dicant, velim, ut mihi explicitent. Si absolute hos planetas malitiæ incusant, peccant in creatoris sapientiam, & ordinem harmonicum naturæ stulte improbant, per omnem enim naturæ ambitum, ni brevitas id disvaderet, demonstratus essem, nec superlunaria nec sublunaria hæno & æte carere posse. Si respective eos malos vocant, quia hæc frigiditate constringente, ac æterni caloris excessu volatili abundat, hincque ambo per adversos suos aspectus aut positus in loco cœli eorum naturæ contrario, plus cœteris planetis nocent,

fine

Sine tamen malis aspectibus & positu inconvenienti in cœlo nec benigna eis operatio denegatur, Astrologos absurditatis accusare, absurdum esset.

§. VIII. Interim, si lubet, quære originem pestis in hno frigido & coagulante, unde deduces tam varia symptomata pestis, in quorum reddendis rationibuste vis Θlino-coagulans hni deferet? si autem pro auxilio imploras, minores quidem senties difficultates, accurate tamen re ponderata & artis Area arma insufficientia agnosces, ceteros autem Planetas ad excitandas pestes multo ineptiores deprehendes. Nil itaque restat, quam ut mixtiones planetarum inter se perlustremus, ubi, omnibus omnibus ambagibus, mixtionem hni cum arte fomitem pestium plerumque præbuisse, demonstrabimus. Mei non est instituti, fidem historicorum & observationes astrologorum, quos pro me habeo, tanquam meæ thesis fulcra implorare, multo minus authoritatibus posteriorum superbire, qui ut plurimum influxu*m* iactio hni iufectiones aeris tribuunt; sed ante omnia ex recta ratione principiisque physicis asserti mei veritatem evincam.

§. IX. Indicium influxus hni & artis nociva pestis subtilitas præbet. Quælibet res in foro naturæ ad quendam subtilitatis gradum ascensura, tam vi coagulante, quam solvente, opus habet, prior a peripheria ad centrum contrahendo, posterior a centro ad peripheriam expandendo agit, ex conjuncta & mutua harum operatione in se invicem, debito temporis spatio fermentatio & putrefactio generantur, quibus tanquam unicis mediis omnis substantia ad destinatum suæ subtilitatis gradum, (secundum diversitatem graduum ratione quantitatis & qualitatis in expansione & contractione sitorum), perducitur.

§. X. Jam ex antecedentibus infero: Cum vis quædam coagulans ad productionem subtilitatis in quavis substantia inevitabiliter requiratur, & in nullo Planetarum vis falerno coagulans prædominetur, quam in unico hno, (ceteri enim magis ad vim solventem extensionis, certis quamvis gradibus inter se diversam, inclinant); Ulterius ex anteceden-

den-

dentibus infero : Cum etiam vis quædam expandens cum contrahente combinata ad productionem subtilitatis inevitabiliter requiratur, & in sex reliquis Planetis virtus expandens sextuplici gradu prædominetur, ex nullo tamen Planeta, quam Æte per aspectus & locum cœli male se habente, miscentaque se cum hno itidem infauste posito, tam violentissimum & subtilissimum venenum, sicuti pestis est, resultare potest. Hi duo Planetæ infeliciter constituti omnem calamitatis faburram effundunt, quo enim magis incongrua eorum mixtio, eo malignior nascitur soboles.

§. XI. Adsunt itaque rationes satis prægnantes, cur venenata pestis subtilitas ex hno Æteve fluat : Prior horum a peripheria ad centrum comprimens, posterior a centro ad peripheriam enitens, ambo autem per hosce motus continuatos, contrarios, & pressiones se ipsos commiscent, & exinde in calorem, fermentationem, putrefactionem & tandem in corrodentem subtilitatem, ipso Æte & hno superiorem, trans-eunt, quo sit, ut ex hno, (si ita loqui licet), Ætialisato, & Æte hninisato, nunc intime inter se unitis, tertia quædam substantia utriusque naturæ particeps, ipsis suis parentibus potentior, enascatur. Nam hni malitia, ob tarditatem, & Ætis ob volatilitatis inconstantiam, aliquatenus ad nocendum inepta, hac unione exaltatur. Nolo autem, ut, ea quæ de h. & Æ. adduxi, de ipsis Planetarum corporibus intelligentur, sicuti enim cuncti Planetæ, non corporaliter, sed per sua effluvia agunt, ita & Æ ac h per atomos suos exhalatos miscentur.

§. XII. Ne autem, hæc omnia ex speciosa ingenii luxuria profecta, quis judicet, S. 15. 16. & 17. demonstrabo, hos judicii partus per ipsam experientiam corroborari, neutiquam vero ex historicis & astrologis infelictum Ætis & hni mixtionum eclipsiumque, quas pestis secuta, catalogum inseram. Cum enim ab astrologis nulla fere causa datur, cur talis aspectus, non universum, sed particularem solummodo terræ tractum, inficiat, incertis inharrere nolui. Rationes, quas ex maligna constellatione, incidente in signum horoscopans

pans eo tempore , quo regnum , regio , aut urbs suum capie initium , extorquent , longe non sufficiunt . Brevibus , remanet hic nodus Gordius insolitus , quem , si non per astrologica , per physica tamen principia , solubilem credo , veluti § . 43. a me tentatum est . Optandum esset , ut astrologi suam artem ulterius excolendo , ac à superstitione contemtuque eruditorum vindicando , experientiâ sanâque ratione duce , judicare malent , quam fingere . Nisi enim , Philosophiam & Physicam Astrologiæ conjungunt , jure retundat in eos proverbium de Logicis antiquitus usitatum : Purus putus Logicus est purus putus ; scilicet Logicus .

§. XIII. Nihilominus astrologorum ignorantia veritas antedictorum non evertitur . Variæ inter eruditos prostant opiniones , cur quidam homines immunes a peste , quidam absque mortis periculo , quidam vero lethaliter inficiantur ? Plerique in animo sūperterritō & timido causam querunt , quibus nec ego , certo modo , contradico . Quæritur autem unde huic vel illi audacia aut timor ? Respondebunt , ea in natura hominis sita . Sed agemus proprius considerabimus : quid per naturam intelligis , quid per timorem & audaciam ? video per naturam nihil aliud hic posse intelligi , quam in genere totum hominem , cum tribus suis partibus , in specie autem , archæum corpus humanum gubernantem , in quo archæo idea fortitudinis & timoris latet . Sed insto interrogando , quid est audacia & timor ? respondetur : Est facultas archæi , fidentis viribus suis eas esse tam robustas , ut à nulla peste infici possint . Timor autem est oppositum audaciæ . Ast unde quæso hæc fiducia aut diffidentia archæi ? si respondes ab indole & dispositione speciali a DEO Archæo concessa , illud nihil aliud est , quam gradus temperamenti in homine , qui , juxta qualitatem seminis parentum constitutus , plerumque a radiis astrorum potentibus tempore nativitatis ita invertitur , ut obseura , imo saepius nulla fere seminis vestigia remaneant . Pro hac impressione cœlesti , sive velis , sive nolis , recta ratio ipsaque experientia militant ; ea est genitrix habitus corporis tem-

B

pera-

peramentique physici , ac proinde morborum , pestis & aliorum ejusmodi accidentium semina porrigit , quæ omnia , nisi ad impietatem , superstitionem , aut ad res supra astrorum influxus positas , modo quodam ridiculo stramineisque rationibus torquentur , non sunt improbanda.

§. XIV. Hujus sententia mihi haud levem dedit confirmationem Joach. Rudolph. Camerarius Med. D, compluria in horis suis natalibus themata peste mortuorum exhibens , quæ curioso animo perspexi , & quod notatu dignum , in omnibus circa tempus mortis directionem , vel ♂ talem , vel ♀ nam incidentem observavi : ubi semper ♂ ♂ vel ratione signi , vel per aspectum immixtus erat , aut ♂ vice versa ♂ no , ac , ut plurimum ambo , seu ad minimum unus , ob signum , aspectus & domum , infirmus se habebat . Animus quidem non fuit , astrologica immiscere , sed ne quis putet , me assensum lectori dolose erepturum , fugitivo oculo dictas genituras percurremus .

§ XV. In Centur. II. Genitur. XXXVII. tempore mortis . * ♂ ♂ incidunt : ♂ est domina horoscopi : ♂ est ♂ & horoscopo ♂ tus , copulatus cum ♂ te exule & peregrino per Δnum . Paulo post sequitur * ♂ ♂ , qui in □to ♀ tri existit . In Genit. XXXIX. præcessit □ ♂ ♂ , secuta circa mortis tempus ♂ ♀ : saturnus in cuspidे horoscopi □ ♂ & ♂ peregrini positus : ♀ autem domina horoscopi peregrina . Paulo ante præivit * ♂ ♀ , amborum peregrinorum . Prætereo ♂ ⊕ , ♂ ⊕ , eodem fere se exhibentes tempore . Genituram XL. ob tempus mortis omissum & sic ad nostrum scopum inutiliem præterimus . Genit. XLI. sicut ♂ ♂ H mortis tempore : saturn . in signo ♂ tis , casu , ♂ ♂ : horoscopus in m . de natura ♂ tis pariter participat . Huic tempori propinqui sunt □ ♂ ♂ & * ♂ ♂ . In Genit. XLII. □ ♂ ♂ mortem causatur . In Genit. XLIII. est , tam ♂ ♂ H : (saturn . platicē ♂ tus ♂ tis peregrino , horoscopo existente in signo ♂ tis) , quam □ ♂ X coincidit fere tempore mortis □ ♂ ♀ . In XLIV. mortem attulit , partim □ ♂ ♂ , ♂ in exilio , exaltatione ♂ tis , domo facturni & * ♂ ♂ : saturn , in signo & □ ♂ : partim □ ♂ ♂ , qui posterios

sterior dominus horoscopi. Genit. XLV. * $\text{H}\sigma$ offert : saturn. in domo XII: σ peregrinus. Coincidunt fere σH , & $\square\text{H}\varphi$. In Genit. XLVI, adfuit circa terminum mortis * HH : saturnus peregrinus. Auxerunt periculum directiones non multum distantes, * $\text{H}\sigma$, peregrinorum; * $\text{H}\varphi$ & $\Delta\sigma\text{O}$, peregrinorum. Genitura XLVII. mortem portendit ob * HH , $\Delta\sigma\text{H}$: saturn. & σ sunt peregrini, & posterior in * H . Genesis XLVIII. transeat ob incertitudinem horæ. Genit. XLIX. habet horoscopum in $\square\text{H}$ partili. Terminum mortis denotant $\square\sigma\text{O}$ & $\square\text{H}\varphi$: H in * σ , positi in XII domo; φ domina horoscopi. Genituram L. & LI. incertitudo horæ excludit. Genit. LII. habet $\square\text{H}\text{H}$: saturn. in casu suo d'isque signo. Genitura LIII. ostendit * HH : saturn. peregrinus & in $\Delta\sigma$ peregrini locatus. Genitura LIV. prodit se per * $\text{H}\sigma$, uterque peregrinus in domo VI. & VIII., adeo eodem fere tempore $\square\text{H}\text{X}$. In Genit. LV. conspicitur $\sigma\text{H}\sigma$: σ dominus horoscopi: saturn. in * H moratur. Exhibit genit. LVI $\square\text{H}\sigma$: σ in σH peregrini. Ab hac directionis tempore non multum abeit * HH . Tandem nec incongrue finem imponit in Genit. LVII. $\square\text{H}\text{H}$.

S. XVI. Quæ de σ te & H no tanquam pestium causis luculenter per principia Physica demonstravi, ex jam ad ductis per experientiam etiam confirmari liquido constat. Videmus hos Planetas tempore mortis ex peste semper per directiones influxisse in homines, & quanquam tales directiones, primò, non præcise semper tempore mortis, sed inter dum tempore finitimo incident, & secundò, ejusmodi directiones per se non semper ab artis astronomicæ peritis habentur pro lethalibus. Ad primum respondeo momentum: causam generalem in aere pestifero accelerare effectum particularem directionis in homine, si directionis tempus exceedit terminum mortis; Si vero directio talis ante mortis terminum incidat, ea a fermento universali pestifero, jam tum in aere latitante, in homine continuatur usque ad istud tempus, quo pestis in aere vires satis potentes naëta, ut possit lethalem edere effectum. Ad secundum momentum respon-

B 2

deo,

deo, causam quoque generalem aeris infecti causam particularem directionis incidentis in homine vincere, lethalemque producere effectum, adeo, ut, si vel minimum veneni cum natura pestis convenientis in Archæo hominis lateat, infectus aer, per Sympathiam commotus, lethales suas virtutes ibi exerceat.

§. XVII. Facile nunc est judicatu, si revertimur ad superius nostrum institutum, unde timor & audacia in Archæo hominis; Archæus bene memor suarum virium & qualitatum internarum, si nihil nocivi influxus huius & cœtis in se deprehendit, imperterritum se gerit, sin minus, vacillans dubitat, & sic a malignitate aeris facile subigitur. Causæ itaque secundariæ corruptionis & immunitatis a peste sunt timor & audacia, primariæ vero minime.

§. XVIII. De causis pestium cœlestibus hactenus actum fuit, & ut spero, oculis a præjudiciis vacuis, veritas nostrarum meditationum, quales quales sunt, fatis erit exposita. Nunc investigabo, quomodo pestes astrales a reliquis se distinguant pestibus. Huc referantur, quæ §. 5. de avibus ex aere superiori in terram devolantibus dicta. Criteriis pestium ex cœlo ortarum annumeranda; aeris, tempestatis, ventorum & quatuor anni temporum insolita constitutio, nec non nebulæ, sores venenati meteoraque varia; quæ annotantibus historicis & physicis, prodromi pestium plerumque fuere. Si ejusmodi mutationes in amplum terræ tractum se extendunt, ob potentiam effectus suspicionem, non terrestris, sed cœlestis contagii, præbent. Quamvis enim inferiorum corporum vapores ad tempestatis aerisve commutationes suum quoque conferant symbolum, ii tamen minime ad tam stabiles & amplas tempestatum metamorphoses, seminaque exinde pestifera producenda, sufficiunt. Hinc cœlo, non terræ, tribuo hyemem citra naturam climatis frigidorem aut tepidiorem humidioremve, ver calidum ac siccum cum caliditate aeris, astatem ferventem & aridam, cum nocturnis fulguribus sine pluvias exortis conjunctam, venum constanter ex meridie & interdum ex occidente flantem, vel quando plane venti silent;

silent; Quæ omnia non raro indicia pestis secuturæ fuerunt, & pro criteriis contagii cœlestis merito agnoscenda. Cum montium altissimorum incolæ a contagio non sunt exempti, par subest causa. Brevibus, quo pestis malignior, eo certius eam ex astris prognatam concludimus.

§. XIX. Materiæ difficultas me citra meum propositum in inquirendis causis cœlestibus prolixum fecit, nunc vero causas pestium sublunares indagabo. Scio quidem per terræ motus & vapores ex terræ speluncis, (uti Romæ factum), per infectiones fluminum, aut aquarum stagnantium putrefactionem, per cadavera militum, boum, balænarum, crocodilorum, avium, serpentum & locustarum, nec non linum cannabemque fœtentem, imo per infectionem aeris ab hominibus tentatam, pestes sœpius progeneratas fuisse, sed cum jam enumerata tam dirum non semper producant effectum, causam quandam propiorem sub his latere, sequitur. Quæ, superius de hno & gte ingenuis veritatis amatoribus specimenis loco satis luculenter, ut reor, proposui, ea ad res sublunares trahere, qualitatemque hno. stalem rebus sublunaribus pestiferis inhærentem statuere, mihi a veritate aberratum esse videtur.

§. XX Evidenter si Philosophiæ antiquioris asseclas & complures Chimicos audire placet, harmoniam ii superlunarium cum sublunaribus ubique exactissimam credunt, & familiariter suo effato: Superius est sicut inferius: innuant, omnne corpus sublunare ad instar planetarum septemplici constare qualitate, gradibus & mixturis pro natura cujusque rei variantibus. Provocant in regno minerali ad VII. metalla, cæteras mineras, lapides terrasve semper cuidam metallo cognatas, per Chimiam & ex effectu demonstrari posse, perhibent. Eandem cum cœlo amicitiam in regno vegetabili, dividendo omnium vegetabilium genera in septem classes, stant, quod, ut antiquiores taceam, Albertus M., Marsilius Ficinus, Paracelsus, passim in suis scriptis: & ex recentioribus Hubnerus, Helvetius, Etzlerus & complures non infimæ fortis Medici tentarunt, nec defuere, tam ex his allegatis, quam

alii, qui harmoniam regni animalis cum planetis affirmarunt, imo, ante paucos annos quidam eruditi, fidere haud infelici, doctrinam temperamentorum per septem planetas enodare ausi sunt.

§. XXI. Ast omnes ejusmodi speculationes, quam specioso & primo intuitu, verosimili habitu incedant, tantis impossibilitatibus & obscuritatibus sunt implicitæ, ut, illis meum subscribere nomen, haec tenus semper dubitaverim. Interim cum videam: exhalationum superiorum & inferiorum mixtionem in aere, necessario quandam utrorumque similitudinem, tanquam medium quoddam uniendi, sibi postulare. Cum præterea videam: nullum elementum purum dari in regione sublunari, sed semper cum reliquis tribus, unico tamen potissimum prævalente, mixtum, (id quod ex hominum temperamentis patescit, cum, e. g. nullum pure cholericum sine admixtione phlegmatis, sanguinis & melancholiz, mundus unquam vidit). Cumque tandem videam: unicuique planetæ, citra suam specificam naturam, de reliquis sex quoque aliqualem participationem necessario concedendam esse: alias mixtio planetarum inter se fieri haud posset. Cum, interim, inquam, hæc omnia videam & perponderem: denegare quidem hujus opinionis fautoribus haud possum, septem istas proprietates principales stellarum errantium in cœlo, in cunctis corporibus sublunaribus, non quidem in eodem subtilitatis gradu; sed secundum naturam terrestrem, pro qualitate cujusque rei, per analogicam quandam ideam, existere. Sed, si harmoniam terrestrium cum cœlo in crassiori sumunt significatu, fallunt inanibus suis somniis & falluntur. Hinc causam specificam pestium in sublunaribus saturnino martiale appellare velie, meo quidem judicio, inutilem sapit novitatem, & quod maximum, martis & saturni vocabulum, specifice individuis illis cœlestibus proprium, quorum etsi aliqualis analogica in sublunaribus ab eruditis nondum penitus perspecta idea datur, minime tamen ob hanc analogiam nomina saturni & martis huc transferenda esse concesso.

§. XXII.

§. XXII. Satius itaque erit , pestium ex inferioribus
ortarum originem quærrere in qualitate Θ lino. Φ rea , ubi,
cum similitudo inter utrasque pestes non parva intercedat,
à Lectore benevolo quædam ex antecedentibus huc facien-
tia repetenda esse , moneo. Varia dantur Θ lum & Φ rum
genera ; termini Θ lis & sulphuris omnibus chimicis noti qui-
dem , a paucissimis vero sufficienter explicati sunt ; ante o-
mnia itaque , quid Θ & Φ , ac deinde , quale Θ & Φ hic intel-
ligendum , ostendam.

§. XXIII. In cunctis Θ libus facultatem magneticam
subtiliora attrahendi , (secundum majus & minus tamen pro
diversitate Θ lum) , observamus ; hæc attractio privationis
antecessæ partium volatilium indicium præbet ; huc accedit ,
quod omnia Θ lia artificialia , partibus volatilibus per ignem
extortis , sicut , Θ lumque vis magneticæ per calcinationem
semper crescat : Dicta partium volatilium privatio largitus
 Θ libus vim coagulativam , comprimentem , incidentem ,
corrodentem , & exinde virtutem menstrualm in cœteras
ipsorum naturæ conformes substantias , dum vi sua magneti-
ca agunt in partes subtiliores , & post hæc in crassiores rei
solvendæ

§. XXIV. Omnia Φ ra sunt substantiæ , Θ le suo , maxi-
ma ex parte , privatæ : Ea facultate volatili , evaporante , com-
bustibili , facileque se in aerem dispergente , (secundum ma-
jus & minus pro diversitate Φ rum) , prædicta esse , deprehen-
dimus , quæ volatilitatis inconstantia innuit , cum omne ens
naturaliter existentiam sui ipsius per longissimum tempus
conservare studeat , quæ tamen existentia propter volatilita-
tem evaporantem Φ rum citissime solvitur , quæ , inquam , vo-
latilitas innuit , Φ ra se in statu suo naturali non habere , sed ,
vel a Macrocosmo , per calorem in globo terrestri , vel a Mi-
crocosmo , per artem Chimicam , partibus suis fixis Θ linis ,
ceu receptaculis volatilium , exuta fuisse : quodlibet enim Φ
ex collectione particularum volatilium , ab igne expulsarum ,
remanente semper quodam Capite Mortuo Θ lino , colligitur .

§. XXV. Ex symptomatibus pestis , ebullitionem Φ ris
hic

hic magis, quam Θ peccare, liquido constat ; Et nescio, an celeberrimus Sylvius procul ab hac opinione discrepet , qui Θ li volatili acri pestem tribuit. Causa pestis multum semper exercuit Medicos , quidam eam in seminio quodam verminoso , vel similitudine veneni, cum napello, aconito , arsenico , antimonio & aliis hujus farinæ rebus latitare putarunt , multis adhuc dubiis & obscuritatibus relictis. Ejusmodi quidem haud sum immodestiax , ut, lites tantorum medicinæ luminum & incertitudines haetenus indomitas, per meam dissertationem sublatas iri , mihi persuadeam ; sed, pro ingenii mei modulo , permittente id communi libertate philosophandi, animum meum & vero & publico inserviendi studiosum ut exhibeam , tam meum quam omnium literatorum officium esse, judicavi. Forsitan ingenuus Lector hasce meditationes de peste , si non firmiori, tamen æquali cum cæteris fundamento niti deprehendet.

§. XXVI. Origine pestis astralis ex saturno & marte per rationes ipsamque experientiam superius demonstrata, et si non in saturno & marte , in certa tamen Θ lino-Ærea dispositione corporum sublunarum , mixturæ saturni & martis non adeo dissimili, pestes terrestres fitas: esse , fatemur. Ubi enim in cœlesti , volatilitas martis , ibi in terrestri peste, volatilitas Æris , & ubi contractivus saturnus , ibi Θ contrario peccat : ac ita similitudo symptomatum utrarumque pestium, similitudinem quoque causæ agnoscit.

§. XXVII. Progredior nunc ad specialem salis & sulphuris denominationem , pestemque terrestrem sobolem esse salis cujusdam acidi judico , quod deinde Æri cuidam fœtido maritatur, & ab hoc Ære in quantitate superatur. Ad objectiones de impossibilitate combinationis horum contrarium quotidiana Chimicorum experientia dari ejusmodi Θ lino-Æream combinationem, pro me respondet. Ad objectiones autem reliquas, si quis putaret, vel ex solo sale, vel solo Ære pestem posse generari, respondet §. 9. , ubi , quæ de saturno & marte dicta , ad præsentem controversiæ statum , mutatis mutandis , applicanda. Ex solo sale pestem non generari pos.

posse, natura salium in §. 23. exposita contradicit: Fixitas enim salis partibus volatilibus privata, per se, absque coniunctione sulphuris cujusdam, ad progenerationem pestis, quæ tantæ est subtilitatis tantæque potentiaz, non sufficere potest. Sciunt Chimici, nullum sal per se, absque additione partium volatilem, in subtilem solvi posse substantiam; Hinc, vel per magnetismum ex aere, vel per deliquium, deficientes partes subtilem ei restituunt.

§. XXVIII. Sale acido & sulphure pro causis pestium suppositis, multæ difficultates in deducendis pestis symptomatibus obstantes tolli possunt, si naturæ operationes Ma- & Micro-cosmicas attente observare, misisque in Chimiam oculis, naturæ in solutione, fermentatione & putrefactione modum, ad prælens nostrum institutum transferre scimus. Constat ex Chymia principiisque physicis, quod, post compositionem substantiaz salinaz & sulphurez cujusdam, sal virtute sua à peripheria ad centrum operante, coagulante & contrahente, attrahendo volatilitatem sulphuris, proprias partes volatiles perditas exinde resarcire studeat; sulphur autem, virtute à peripheria ad centrum tendente, resolvente, ac evaporante, assumendo fixitatem salis peregrinam pro partibus fixis sui corporis amissis, totam substantiam salinam penetrat, & sic, tam sal, quam sulphur, mutua operatione inde sinenter in se invicem agant.

§. XXIX. Sulphure itaque cum sale per modum jam dictum superficiarie combinato, etsi quidem sal appetat volatilitatem sulphuris, & sulphur fixitatem salis, quoniam Tò appetere sulphuris & salis ad restitutionem & meliorationem substantiarum utrarumque conductit, attamen in his, sicuti in tota natura, etiam quædam inevitabilis, ac ad existentiam, conservationem & exaltationem, tam horum, quam omnium substantiarum, absolute necessaria contrarietas latet, quæ in contractione à peripheria ad centrum, qua sal, & in expansione a centro ad peripheriam, qua sulphur abundat, consistit. Hac enim non existente contrarietate, nulla in tota natura esset vita, quæ in motione unice consistit; quippe

C

nulla

nulla fit motio sine alio movente & propulsione contraria corporis unius in alterum e diametro obstante corpus; quæ motio, non a crassa materia, sed à spiritu quodam dupliciter se movente in creatis cum materia coniuncto, provenit.

§. XXX. Sal comprimens, ut ad scopum revertamur, & sulphur renitens, per motus hosce contrarios, reciprocos, interiores suas qualitates ulterius referando, superficiariam antea factam combinationem arctius adhuc connectunt. Tunc per rotationes contractivo-expansivas atomi substantiaz salino-sulphureaz in subtiliores particulas solvuntur, usque dum, crasfitie tanto exuta ad gradum quendam caloris fermentescientis pertingunt. Per fermentationem gradatim crescentem, ancta gradatim volubilitate & subtilitate materiaz, augentur quoque motus contractivo-expansivi in sua celeritate, donec ad gradum & naturam ignez cujusdam volubilitatis, tanquam ultimum fermentationis punctum, perveniant, quam non multo post, cessante motu celeritate, quoniam sal in intimas sulphuris, & sulphur in intimas salis partes, penetravit, & unum alterius naturam juxta suam naturam modificavit, sublata sic inter ambos contrarietate, quam, inquam, fermentationem non multo post unitiva quies, confitens in putredine, mediante qua unum alterius recipit naturam, non mixtione fermentativo-girante violenta, sed per mutuam amicam amborum attractionem, excipit.

§. XXXI. Fit autem proprie loquendo, (malo enim in horum explicacione nimis prolixus, quam nimis obscurus esse), hæc fermentatio dupli modo :

Primo, dum Θ , per motiones & attritiones, particulas sulphureas subtiliores & magis magisque subtiliores reddit, inque eos atomos minutos, quos a particulis sulphureis attenuando separavit, intrat, donec particulas sulphureas in atomos minutos totas mutaverit: Ubi quando à sale ultima particularum sulphurearum puncta in atomos minutos soluta sunt, planeque nihil sulphuris insoluti restat, (cum nullaz sulphureaz particulæ sali motu contrario resistentes super sint),

fint), desinunt motiones circulares, igneam quodammodo naturam æmulantes, & ex hoc ultimo fermentationis gradu sal, intrando assumendoque intimius atomos suæ naturæ nunc amicos sulphureos, sic quietiori modo transit in ipsam putredinem.

Secundò, dum ♀, per motiones & attritiones cum sale gyrandes particulas ♀reas vicissim subtiliores & magis magisque subtiliores reddit, inque eos atomos minutos, quos a particulis salinis atterendo separavit, intrat, donec particulas salinas in atomos minutos totas mutaverit: ubi, quando a sulphure ultima particularum salinarum puncta in atomos minutos soluta sunt, planeque nihil salis insoluti restat, (cum nullæ salinæ particulæ sulphuri motu contrario resistentes super sint), desinunt motiones circulares, igneam quodammodo naturam æmulantes, & ex hoc ultimo fermentationis gradu, sulphur intrando assumendoque intimius atomos suæ naturæ nunc amicos salinos, sic quietiori modo cum ipso sale transit in ipsam putredinem.

Duplices hi fermentationis modi distinete quidem perspicuitatis gratia a me descripti, minime tamen à se invicem unquam separandi sunt, sed in uno subiecto unoque temporis punto, indefinenter, mutue & reciproce fiunt, quorum certitudo, Lectori absque præjudiciis rem dijudicanti, tam ex antecedentibus, quam veritate conclusionum sponte exinde fluentium, innotescit.

§. XXXII. Hactenus dicta in Chimia contingunt, quæ cum universæ naturæ in suis effectibus mira semper sit harmonia, suo modo etiam in macrocosmica generatione pestis contingere, ac sic, simili plane via infectionem, seu potius confectionem pestilentiale ex Macrocosmo in Microcosmum, propagari credo.

§. XXXIII. Confirmantur modo dicta ex ipsis symptomatibus pestem concomitantibus. Horror iste tremorque artuum invadens statim ab initio peste correptos, testantur de pugna archæi cum malo pestilentiali: quando enim venenum salino-sulphureum Macrocosmi ingreditur Microcosmum

mum , & instar menstrui cuiusdam corrodentis, tentans fermentando solutionem partium fluidarum, perrumpit massam sanguineam , tum archæus in partibus humanis contrariam veneni mixtionem per modum horroris & tremoris excipit. Idem tempore brumali accidit , quando aer frigidus, calori spirituum vitalium infestus, hominibus horrorem causatur. Nec non, in delicatulis quibusdam, post medicamenta ingrata sumta horrorem insequi, experimur. Simile quoddam Chimici in solutione corporum per menstrua corrodentia , suo tamen modo, deprehendunt , quæ sine fluctuatione ebulliente vix unquam fieri solet , non obscurè monstrans , repugnantiam, quæ in animatis per horrorem se prodit , in inaniinatis per motionem quandam se exserere. Notari quoque meretur, quod plerasque pestes astrales , gelu hiemale auctum præcesserit , quo fortasse tempore initium fermentationis effluviorum saturni & martis contrariorum in Macrocosmo factum, & hinc aer, horrore quodam gelido, extraordinarie affectus fuit. Ipse sol ante suum ortum tempore diluculi frigiditatem aeris semper auget. Dum nimirum, calor solis æthereus , fermentans cum tenebricoſo & crassiori aere , excitando ob contrarietatem combinationis horrificam quandam frigiditatem , tenebras aeris minus subtileſ & calefactas in suam naturam transmutare allaborat. Haud dispar effectus in hypocaustis sentitur , antequam ignis in fornace accensus calore suo frigidum aerem domaverit.

§. XXXIV. Antiquitus inter Medicos controversum fuit, num spisitudo , vel fluiditas sanguinis , in peste peccet, quidam in Venæsectione sanguinem coagulatum, quidam nimis fluidum, observarunt; Sylvius, pro fluiditate militans, sal quoddam volatile, Willisius contra, pro spisitudine acidum, pestem gignere, judicat. Utrique, nudis solummodo Venæsectionum experimentis, sine habito respectu ad symptomata morbi tempore Venæsectionis, contraria hæc penitus conciliare nequiverunt; Ex mea autem mente & hypothesi, cum tam ex sale acido, quam sulphure pestis principia constent, & adhuc diversa concurrentia symptomata diversitatem sanguinis

nis inducant, sponte sicut, quando in ægris horror tremorve artuum furit, massam sangvineam spisitudine correptam esse, docente communi experientia, emissum sangvinem a frigido aere magis coagulari, quo vero magis pestilentia in homine festinat ad ipsam putredinem, quæ in plenaria partium componentium solutione consistit, eo quoque fluidior sanguis.

§. XXXV. Nec defuere, qui videntes pestem per fermentationem procedere, ejus causam in putredine sitam esse concluserunt, quam hypothesin, ex minoribus, per microscopia in bubonibus, & majoribus, in corde & cerebro inventis, vermibus, probate insudarunt. Meam si audire placet sententiam, affirmo, pestem mediante fermentatione & putredine in Macrocosmo prognatam, simili operandi via in Microcosmo procedere, nec non vermes inventas pro producendo putredinis habeo, pro causa autem efficienti nil horum salva veritate agnoscere possum.

§. XXXVI. Perquiram ulterius symptomata pestis, istorumque harmonicam cohesionem cum nostris principiis exhibeo. Venenum pestilentiale per respirationem, poros aut cibos irreptum, brevissimo tempore, succubentibus ut plurimum ægrotis antè, rarius in die quarto, scum fermentum in sanguinem, lympham, cerebri & medullæ substantiam, nervos, omnesque fluidas & solidas corporis partes intrudit; Ex his diversis morbi sedibus & dispositione naturali partium corporis, ratione quantitatis & qualitatis, provenit varietas symptomatum. Causam horroris & tremoris artuum supra §. 33. dedi, tunc morbi sedes adhuc potissimum est in sanguine. Insequens calor & æstus febrilis auctus, cum siti, dolore capitis, anxietate præcordiorum, palpitatione cordis, difficulti & suspiciose respiratione, testantur, post immixtionem veneni in sanguinem factam, de actionibus fermentativis Θlino. Preis tam massæ sanguineæ, quam cœterorum humorum & partium. Pestis vis Θlino. Preia, fermentando perdite pervertit, solvit, attenuat & expandit particulas humorum, ut vasa continencia contentos humores non commode capere possint; Et sic

maligna genetrix innumerabilium symptomatum vel media-
te vel immediate orientum existit.

§. XXXVII. Propriissima pestis symptomata sunt bu-
bones, carbunculi, petechiae & his similia exanthemata; Ma-
lignitas enim pestilens, non inventa sufficienti sui similitudi-
ne in corpore humano, sed eo potius valide se habente, in-
structoque qualitatibus pesti contrariis, ab Archæo ad peri-
pheriam cutis, sub talium excretorum forma, extruditur;
Quia partim venenum istud plurimum sulphuris cum sale,
adeoque multum de virtute expandente se ad peripheriam
participat; Partim quia venenum istud, negato ab Archæo
intimiori introitu ad humores, sympathetice exteriores cutis
poros, propinquos aeri atmosphærico infecto, petit. Ex eo
fit, ut natura per ejusmodi excreta, tutissime autem per bubo-
nes & carbunculos, (nisi eorum situs cum principali qua-
dam corporis parte conspiret, aut multitudine æger suppri-
matur), se ab imminentे morte liberet.

§. XXXVIII. Si natura, quod sœpius fit, per diarrhæas
vomitus, aut hemorrhagias, humoribus ex fermento salino-
sulphureo ebullientibus, consulere intendit, paululum quidem
veneni, plus autem utilium corporis humorum educitur,
quorum absentia natura in ineundo cum morbo per sudo-
res certamine debilitatur, exemplis enim, bubones & cetera
excreta in his casibus recessisse & impedita fuisse, constat.
Venenum contra aereum, ob vacuum & sympathiam cum
veneno in corpore latius se expandente, potentius ægrotum
influit, cum & præterea in diarrhæa & vomitu adsit suspicio
malum ab intra ad extra a debili natura non potuisse ejici:
Quippe tutius hostem a mœnibus quam ex urbe repellere.
Hinc, venæsectionem in peste raro & circumspecte esse adhi-
bendam, concludimus.

§. XXXIX. Deliria post agrypniam sequentia monstrant,
peste ad eum malignitatis gradum creuisse, ut ascendendo
in cerebrum fermentum salino-sulphureum celeri sua gyratione,
ipsos actus rationis spirituum animalium turbare & per-
vertere potens sit, indicium tristissimi insecuri eventus, pe-
stem

stem in homine ad altum jam fermentationis gradum ascen-
disse.

§. XL. Pejoris adhuc sunt consequentia symptomata convulsiva & comatosa. Priora produnt pugnam & repugnantiam spirituum animalium in nervis, quæ ab horroribus sub pestis initio convictis non nisi gradu, qui hic major, & sede, quæ ibi sanguis, hic nervi potissimum sunt, differunt, vid. §. 33. Cum fermentum Thno-Areum, ad summum fermentationis gradum ignea sua volatilitate appropinquaverit, ab ipsaque in eunda putredine non ita multum distet.

§. XLI. Comatosa symptomata ipsissimæ præsentis putredinis signa porrigit, expugnavit tunc, ut §. 31. ostensum, pestis ultimum archæi adhuc incorruptum punctum, tunc totus archæus vietus consentit in fermentum pestilentiale, absque repugnantia istud venenum assumendo, usque dum pestis per omnes putredinis gradus ad ultimum suum incrementum, seu ipsam mortem pervenit. Inficias quidem ire nolo, contingere soepius convulsiva & comatosa symptomata ægrotis ad sanitatem redeuntibus, sed haec leviora sunt, ad eoque non profunde, sed in primis solummodo viis latens malum innunt, aut quamvis ad cerebrum, nervos, reliquaque corporis nobilia organa illud penetraverit, partialem non totalem ibi corruptionem intulerunt, quemadmodum e. g. menstruum impotens substantia potentiori additum, paucum vel plane nihil de ea solvit.

§. XLII. Prosecuti sumus in nostra dissertatione pestes ex causis cœlestibus & terrestribus ortas, nunc de indole pestium ex communibus, tam cœlestibus, quam terrestribus causis agemus. Quamvis pestes ex solis terrestribus causis natas, negare non ausim, petraro tamen hujus generis generati contagia existimo; Non quidem ad impossibilia, certe tamen ad difficulter contingentia, refero, quod causa particularis ex rebus terrestribus, subtilem aeris atmosphæræ cœlestibus atomis gravidani, effluviis pestiferis inquinare possit, nisi præexistat in aere causa cooperans, aut ad minimum consentiens malignitatis. Factor cadaverum putrescentium pro-

cav.

causa aeris corrupti plerumque habetur; sed quare, cur in domibus carnificum & locis ubi cadavera pecudum quotidie projiciuntur, nulla oritur pestifera infectio? ego nullam aliam subesse causam, judico, quam quod aer, omnis tunc malignitatis expers, quo mediante omnis fit putrescentia, (corpora enim ab omni accessu aeris custodita & a putredine conservantur,) cadavera per putrefactionem hominibus innoxiam solvat.

§. XLIII. Hinc nimis præcipitanter sæpius concluditur, ex putredine cadaverum, inundatione aquarum fœtidis cadaveribus impletarum & his similibus pestes immediate ortum traxisse, quarum causa in superioribus potius posita; Astrologis autem suaderem, ne observata maligno in cœlo h̄ni & ōtis constellatione, locum & terræ tractum peste inficiendum determinaturi, fictionibus suis nimium fidentes, fallant & fallantur, sed potius ex principiis physicis addiscant, simile simili gaudere, spiritumque mundi ab astis malignitate pestifera, putrefaciente infectum maligno suo influxu in eo potissimum terræ tractu morari, in quo subiectum putrefactioni aptum invenit, quale sunt omnia cadavera, aquæ stagnantes, &c. &c. adeoque determinationem loci, non a superioribus, sed ab inferioribus sæpius pendere.

§. XLIV. Signum pestis concomitans & antecedens generalissimum est: rerum sublunarium ad putredinem inclinatio extraordinaria, quæ aquas cum piscibus eas innatantibus, fructus maturos, ova in cameris putrefacit, ex qua quoque varia infecta, locustæ, araneæ, mures agrestes, erucae, papilioes, muscæ, scarabæi, cicadæ, ranæ & bufo-nes, multi fungi ac boleti, tam ante, quam in ipsa peste signuntur. Peregrinorum ignotorumque avium & piscium ex alienis terris adventus, mutationem aeris per putrefactum calorem, contra alicujus climatis naturam factam, indigitat, ita, ut animantia, peculiare alias clima inhabitantia, ob conformitatem aeris cum suo climate, ex hoc in alias terras transcendant. Ob calorem in aere fermentescentem observatum fuit, tam ante, quam in peste, mutari vegetabilis.

bilium colorem viridem in pallidum , odorem florum debilitari , fructus & messem, vel lolio, vel ærugine conspurcari, vel plane annonæ defectum famemque oriri.

§. XLV. Omnes hæ macrocosmica mutationes, quamvis crebrius a posteriori astrorum causa contingant, non unquam tamen etiam a substantiis sublunaribus contingere possunt: In regno Sinz, in Moscovia, versus originem fluvii Tanais, & in ipsa urbe Moscovia, nunquam pestes invasisse, Historici testantur; id de urbe Madrito asserunt, tanta incorruptibili Æolina natura solum præditum esse, ut quisquiliæ & collectæ in platea sordes cadaveraque sub dio projecta non putrescant, sed a terra, tanquam a calce viva, absorbeantur, & in nihilum redigantur. Montes in Svevia, ubi vitriolum foditur, tempore pestis Suecis asylum tutissimum fuere, sicuti & compertum est, loca & domicilia, ubi ♀ coquitur, a peste immunia mansisse. Cum itaque experientia constat, a nonnullis provinciis, per specificam quandam pestilentiali putredini adversantem virtutem, a montibus autem & domiciliis, per vapores vitriolicos & sulphureos, circumvadentem aeris pestilentiam corrigi & inverti, non absurdum erit, exinde concludere, res sublunares parrem, uti in refrænanda, sic & in excitanda peste, potestatem, quamvis rarius, tamen interdum, habere. Pestes è contra, quæ ex cœlo & terra causas mixtas agnoscunt, multo frequentius surgunt, hinc Foresto non credendum, per solum usum instrumentorum chirurgicorum tempore pestis adhibitorum, post aliquot annos contagium resuscitatum fuisse; sed potius, latenti cuidam cœlesti aut terrestri veneno in aere maxima ex parte tribuendum, cum tantillum veneni, instrumentis ferreis adhærens, ad fermentationem pestiferam in aere excitandam, haud sufficerit.

§. XLVI. Per illustratis pestium generibus, multa adhuc circa ejus naturam phænomena, quorum ratio difficulter assequi potest, restant. Res est investigatione digna, cur contagium homines invadens, bruta rarissime tangat. Quæcunque hic ab eruditis supponitur causa, extra omnem tamen

D

con-

controversiam positum , agens cum paciente , sive benigna , sive maligna , eorum sit operatio , in quodam tertio harmonico necessario constitutum esse debere : res enim , quæ tanquam agens vel destruendo , vel corrigoendo , in alteram substantiam patientem operatur , ea , secundum qualitatem gradus sui a qualitate gradus subiecti patientis , haud nimium oportet dissidere , alias utrisque medium agendi & patiendi deficit.

§. XLVII. Subtilitas archæi humani æqualem malignitatis aereæ subtilitatem postulat , alias pestilentiale venenum in spiritum istum subtilem , cum pondere & effectu contagioso , influere nequit . Ast brutorum archæus multo crassior est humano , hinc pestis , nondum satis volatilis facta , et si non homines , bruta tamen irruit , pedetentim autem subtilitate crescente , contagium & archæum hominis subigit , imo saepius , ob causas veneno contrarias subtilitate & efficacia decrescens , ab hominibus ad bruta transit , referente quoque Marsilio Ficino , pestem ab hominibus ad porcos transmisso grasse , ubi causam in carnis pororum , partiumque quarundam similitudine cum corpore humano , ponit , quod nec ego improbo . Probabilitas harum meditationum vel exinde patescit , quod plerasque pestes contagia brutorum antecedant . Oves , gallinæ , boves , equi , & fortasse plura etiam anima-
cia , contagiosis vexantur . Cur vero non semper , pestem hominum , pestis brutorum , antecedat , causam esse reor , quod pestis non lento semper gradu , sed cursu nonnunquam citato ad suum augmentum tendat .

§. XLVIII. Mei nunc est officii Theoriam cum ipsa Praxi combinando , haec tenus dicta ulterius confirmare , harumque meditationum usum in practicis demonstrare , neutrquam autem , ex aliorum de peste libris practicis , compendium facere . Omnia pestis genera sive ex astris , sive terra , seu communi origine promanant , ratione præservationis & curæ , habito tantummodo respectu ad symptomata concurrenria , eandem sibi poscunt methodum ; hinc & sequen-

• nos

sequentia , quæ ad præservationem & curam pertinent , cum
Etis pestium generibus applicanda erunt.

S. XLIX. Præservatio per amuleta , fumigia , & medi-
camenta interna , intenditur. Remedia præservativa amule-
torum laudantur ab his , culpantur ab illis , medium inter
utrosque eligens , ea dupliciter solummodo , vel attrahen-
do , vel dissipando venenum , profutura , video. Amuleta
attractiva , malignitatem pestis è corpore & circumfluente ae-
re attrahendo , isto veneno ad conservationem suæ substantiæ
utuntur , quo in nutrimentum converso , ex hac metamor-
phosi , vires redintegratæ , emittendi de se vapores , perque hos
magnetice attrahendi pestem , resultant : quemadmodum e.
gr. magnes a ferro corroboratur , & limaturæ martis apposi-
tus illam pedetentim absunit , ac ciconiæ venenatis vescun-
tur animalibus , carne earum innocua manente , sic & ma-
gnes pestilentialis venenum attrahit , quamvis ipse non sit
venenatus. Multa pasim apud autores occurunt amuleto-
rum genera , quæ venenum vel dissipant , vel attrahunt , aut,
ob mixtionem ingredientium , utroque modo operantur , quam-
vistales compositiones , malignitatem aeris , nec attrahentes ,
nec dissipantes efficaciter , sed turbantes solummodo , non
approbem , imò & magis attrahentia suadeam , quoniam ho-
rum usus , tam sanit , quam infectis conductit , dissipantia vero
corpus tantummodo ab ingressu veneni defendant , ingresso
autem veneno non commode resistant.

S. L. Ex amuletis magneticis bufonem cum araneis ,
& , (si in rerum natura dantur) , bufonitem , lapidemve a-
raneorum cruciferorum eligerem , succinum , aliaque hujus
generis attractiva , minus adæquate in peste adhiberi existi-
mo ; Ubi enim nulla intimior attrahentis cum attrahendo
est harmonia , expectatus haud respondebit effectus . Ex a-
muletis , quæ , repellendo venenum in aere , juvant , placet im-
primis ♀ vivus , ob resistendi putredini singularem & irra-
diantem virtutem , quam aquæ fontanæ absque diminutio-
ne sui ponderis communicat . Cardo totius artificii circa
amuleta in eo versatur , ut si amuletum magneticum deside-

ras, eligatur subiectum, quod naturæ sit attractivo-salinæ, fame quodam specifico aeris pestilentiam appetens, cuius appensio corpori humano nocivas haud intrudit vaporess. In conficiendo autem venenum repellente amuleto, sumatur substantia, per multitudinem particularum irradiantium odio quodam specifico repellens malignitatem, ita tamen, ut ejus appensio homini sit innocua. Ex diversitate amuletorum efficaciz diversitas pendet, si inadæquatum eligis subiectum, nullus, si aliquatenus conforme, parvus, si specifice adæquatum, debitus sequitur effectus.

§. LI. Liberum cuivis est eligere hic quicquid velit, modo experientia rectave ratio consentiant; Me autem sentiente, cum pestes ex cœlo h̄no & ♂ti, ex terra Θli acido ♀rique fœtido adscribendæ, magnes ex babone & araneis arte Chimica in forma salina, (ut nimirum vis magnetica augeatur), partus, binis his substantiis debite unitis, amuletum satis aptum exhibebit. Non inepte enim a curiosis bufo animal h̄ninum, & araneus ♂tiale dictum, ac per consequens, prius de Θlina, posterius de ♀rea natura participat, id quod etiam utrorumque mortales inter se inimicitiz testantur.

§. LII. Ad præservandi scopum fumigia quoque faciunt & odorifera, quorum magnus se offert numerus, in his quemque suo abundare sensu permittens, cum celeberrimo Rivino in tractatu suo de peste Lipsiensi anno 1680. fumigia ex Θ & ♀ seu pulvere pyrio, tanquam naturæ pestis convenientissima commendo. Per horum enim combinationem ♀geo-Θlinam, ut supra ostensum, malignitas aeris commode solvi & transmutari potest, cum & simplex sulphur domicilia in quibus coquitur a peste liberare, experientia docuit. Incommodum a fumigiis inseparabile est ingratus odor, quem non raro vertigo & nausea sequuntur; Hæc ut evitentur, mallem fumigia, non in propinquuo, sed e longinquo aliquatenus incendi, ne fumus cum malignitate aeris adhuc pugnans, sed aer potius a fumo correctus, homines afflet.

§. LIII. Medicamentorum præservantium nec minor datur

datur apud Practicos copia; Præservativa universalia suis inventoribus defendenda relinquo, qui, an experientiam affirmantem habeant, optime scient. Ego potius pro diversitate temperamentorum & cujusque indole, inclinante natura, ad hanc, vel illam imbecillitatem, aut ad hanc, vel illam viam molestum removendi, medicamina huc juvantia præscriberem, non neglecta tamen præservantium admixtione.

§. LIV. Ultimam limam huic Dissertationi additurus, theoreticis meis meditationibus ipsam praxin curamque pestis favere, exponam. Practici fatentur, calida, spirituosa & aromatica fermentatione & affusione spirituum ardantium parata, quia æstum, capitis dolorem, anxietatem sitimque augent, in peste non satis commoda esse, nisi statim ab initio morbi sumantur, aut, quod maxime notandum, cum acido quodam admixto ordinentur. Tunc optime sudorem promovere langventique naturæ succurrere observatum fuit. Adeat, qui vult Celeberrimi Lipsiensium Rivini Dissertationem *de Peste Lipsiensum anno 1680.* p. 93. 94. 95. 98. 99. (Cubi & Reimundum Mindererum in tractatu *de Peste*, & Augustum Thonneram in observationibus medicis allegatos consentientesque inveniet); Plures evolvendo practicos plurimum consensu nostram firmare hypothesin possemus, nisi potius rectificationis ductu, quam nudis autoritatibus pugnare, animus esset.

§. LV. Si licet paulisper propriis de hac re meditatis indulgere, experientia Practicorum, de felici successu mixtis acidis cum diapnoicis, diaphoreticis & alexipharmacis in movendo sudore testans, de veritate etiam mearum hypothesium mihi testari videtur. Provoco ad experientiam judiciumve prudentis Practici, num morbis directe & ut ita dicam, è diametro oppositis medicamentis contraire audeat? Quis diarrhæas & hemorrhoides positive statim adstringentibus, febres ardentes cum positive frigefacientibus, morbos spasmodicos & convulsivos cum opiatis & stupefacientibus tollere tenet? Medicamentis potius ficta cum morbo amicitia

citia convenientibus, tecte tamen ei contrariis, morbum impugnabit: Quippe positive contrariis, morbos inhibiturus, pugnam Archæi cum morbo exacerbabit, tale enim medicamentum morbo directe oppositum, omni similitudine cum substantia morbifica in corpore caret, & sic omni medio se cum ea uniendi destituitur, neque Archæo ipso, quamvis natura medicamenti Archæo sit conveniens, se commode associare potest, quoniam ille morbo suppressus, ac proinde substantia morbifica ipso Archæo in corpore potentior facta.

§. LVI. His itaque ex causis naturam pestis ex natura remediorum in hoc contagio cum commodo expertorum, non inepte concludimus. Acida cum volatilibus, spirituosis, calidis, aromaticis, & reisque, seu ut breviter dicam, cum alexipharmacis & sudoriferis maritata, felicem edidere effectum, id quod Practici testantur. Nonne ex his inferendum, pestem de natura Olino-Ærea participare? Cum itaque maximum curandæ pestis artificium in diapnoi continuata & movendo sudore consistat, Diapnoica, Diaphoretica & Alexipharmacæ, ita tamen, ut symptomatibus concurrentibus etiam consulatur, hic adhibenda esse, quilibet videt, quæ, juxtagrotantium statum, formularumque compositionem, eligenda, ac medici judicio pratico relinquenda; Ubi & ego mei instituti memor terminum figo & subfisco.

F I N I S.

